



Universitätsbibliothek Paderborn

**Baptistae Mantuani Carmelit[a]e de patientia aurei libri
tres**

Baptista <Mantuanus>

Dauentrie, 1515

Tota natura non consistit in anima ca.xxxv

urn:nbn:de:hbz:466:1-30534

Liber Secundus.

Iostratus, in vita Apollonij Tyanie) se inedia extenuabat, somnus et eum perq[ue] breuissimus in nuda humo capiebat, caloris et laborum ita patientes, ut saxe iaceretur, de his Plinius in septimo naturalis historie libro, de Indis loquens ita dicit. Philosophos eorum quos Hymnosophistas vocant, constat ab exortu ad occasum persistare contuentes solem, immobilibus oculis, feruētibus harenis, toto die alternis pedibus insistere. Socrates quarundam muliercularum, quas domi habebat contumelias, et opprobria, et omne genus iniuriarum sic fererat, ut ab eis se meliorē fieri predicaret. De eodem Socrate legimus, nisi mea me fallat memoria, apud A. Bellium, q[uod] aīē corp[us] ita subegerat, patientiē disciplina sic formarat, et vt a vespa usq[ue] ad vespa perā, perdiēt pernox, fixis in eundem locum sp[iritu] oculis, et in eiusdem vesperis persistebat, quasi facto a corpore metis excessu. Seneca de corpore loquens Asperi inquit, tractandum est ne animo male pereat.

Quā tota natura nō consistat in anima. ¶ Ca. xxxv.

Propterea quę de corporeis utilitate differuumus, ut putauerunt quidam, totā humanę naturę perfectionē in anima esse corpus vero quasi theca hominis, et appēdices animi, nihil ad integratę naturę pertinere, cui sententię, obuiat non Peripatetici solū sed et Catholici, qui animas ad corporea, tanq[ue] ad speciei pte, inclinari, et destructo corpore, hominem interire, ac esse desinere dogmatizant Christum insuper, in triduo mortis propter corporis et animę separationes, hominem nō fuisse, est Theologorum communis opinio, et in eo alsilicinatus est volunt Petrus Lombardus, qui magister sententiarum appellatur, carnis etiam resurrectiones predicat. ut in natura integrata recipiat unusquisque stipes eorum quę gessit in vita.

Quę fint mortis cause contra philosophos et mathematicos. ¶ Ca. xxxvi.

Nec de mortis necessitate conqueri debet sapiens, tria enim sunt vitę genera quę experiri unumquenq[ue] oportet, primus in mortali corpore, secundum, extra corpus, tertium, rursus in cor-

L 117